

17

Christianus episcopus Prussia, transfert  
in fratres ordinis Teutonici omnes donationes,  
sibi à Conrado duce Mazovie, et ab ecclesia  
Ploensi, factas.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego  
Christianus primus Prussiae episcopus, no-  
tum esse volo universis presens scriptum in-  
specturis, quòd propter Deum et ob defensionem  
sacrosanctae matris nostrae ecclesiae, heu iam  
pene in partibus illis depopulata à paganis,  
videlicet territorio Cholmensi, fratribus de Do-  
mo Teutonica, quicquid habui dati mihi à  
duce Conrado, vel ab ecclesia Ploensi, vel em-  
pti, liberè contuli, ut ipsi mihi, omnibusque  
meis successoribus sint parati contra paga-  
nos pugnaturi. Ipsi vero mihi in eodem ter-  
ritorio iam supradicto contulerunt de omni  
aratro unam mensuram tritici, et aliam  
siliginis, et ducenta aratra, et quinque holo-  
gia unumquodque de quinque aratris cum omni  
utilitate. Testes autem donationis huius et pro-  
missi: Henricus abbas de Lucca, frater H.  
sacerdos, frater H. conversus, fratres milites  
Christi, Andreas Goz, Conradus, ceterique quò-  
plures, Alexander sacerdos, cives Albertus scul-  
tetus, Mericus Hildeb. et ceteri quam plures.  
Et ut haec permanent inconvulsa, sigillorum  
nostrorum praemurivimus appensione. Acta  
anno Incarnationis domini, millesimo ducen-  
tesimo tricesimo.

In copia premissa et originata

pargaminowego, dnia 24. Października  
1782. Kolem. Piórzu przy nim nie  
masz, znać iudnak że na zawiazu  
pargaminowej była zawieszona.